

Johann Quistorp

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S. S. Theol. D. Profess. & Eccles. Ad Exequias, quas Dn. Alberto Dobbin, Urbis huius Senatori ... Vidua Liberique eiusdem moestissimi In templo Jacobaeo ad hodiernam mediam primam paratas cupiunt, Omnes omnium ordinum Academiae Cives peramanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1632

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435926>

Druck Freier  Zugang




Quistorp, J.,  
in  
**A. Dobbin.**

**Rost. 1632.**

51.
















33.  
R E C T O R

Academiae Rostochiensis

JOHANNES QUISTORPIUS

S. S. Theol. D. Professor

& Ecclesiast.

*Ad*

Exequias,

*quas*

DN. ALBERTO  
DOBBIN

Urbis hujus Senatori Prudentissimo

Vidua Liberique ejusdem

mœstissimi

*In templo Jacobæ ad hodiernam mediam  
primam paratas cupiunt,*

Omnes omnium ordinum Academiae  
peramanter invitat.



ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.

ANNO M. DC. XXXII.



JOHANNES OLIVIERUS  
D. A. L. R. T. O.  
LIBRARIUS  
IN  
MAGNIFICENTIA  
OPERA  
D. A. L. R. T. O.  
LIBRARIUS







## RECTOR

Academiæ Rostochiensis

JOHANNES QUISTORPIUS

S. S. Theol. D. Profess. & Eccles.



Um in lampado-dromico certamine ad metam perveniens, successori lampada olim tradidit, eo ipso, sive Socrates, sive quisquis ille fuerit certaminis inventor indicare voluit, hominis vitam tamquam lampada & tædam quandam micare, ab humido innato ceu lichnus à sevo nutriri, & vel eo absumpto, vel alio quodam interveniente casu, exstingui. Veritatem hujus ludicri omnium temporum ætates seriò comprobant, quæ apud illos qui stadium hujus vitæ decurrunt, perpetuum id esse docent, ut lampas hujus vitæ, omnibus eam gerentibus, serius, ocyus, exstinguatur. Nihil plane est, quod illud ipsum, in hac quidem peccato obnoxia naturæ humanæ conditione, impedire possit. Manet hic fixum illud. Peccati stipendium mors. Quare nec ejus insulsum loca munita, valida corporum habitudo, armata acies, impedire potuerunt, vel possunt. Perrumpit omnia mors, & letifero suo afflatu, lampada humanæ

A 2

vita



vitaë exstinguit. Exemplum ejus nobis hodierna dies præbet, quo exstinctum illum cernimus qui validis corporis viribus præditus, sine capitis aliorumve corporis membrorum dolore, ipsos integros sexaginta quatuor annos, vitam hanc mortalem vixit. Est ille Dn. *Albertus Dobbin* Senator hujus Civitatis Prudentissimus. Natus is est apud Nos in hac Urbe Anno 1568. 19. Maij, Parentibus Pientissimis, *Patre* Viro Prudentissimo & Integerrimo *Stephano Dobbin* Reipub: hujus Senatore meritissimo *Matre Anna Gerdesen* / Viri Amplissimi *Thoma Gerdesen* Consulis hujus civitatis dignissimi & *Anna Boldevvans* filia, Consulis *Michaelis Boldevvani* nepte. *Avum* habuit paternum, Prudentissimum, synceri non fucati Germanissimi laude, & apud sui seculi homines & nunc quoque insignem, Virum Senatoriæ & Cenforiæ grauitatis Dn. *Albertum Dobbin*, ex nobili Dobbiniorum familia, quæ ex Livonia ad nos transmigravit, & militaris suæ nobilitatis indicem Arcum in insignibus gentilitijs etiamnum servat, Cujus Viri singularis felicitas, vel ex eo elucescit, quod ad hæc nostra tempora, computatis simul defunctis Triginta Doctores, & Duo Magistri, numerentur, atq; inter hos ipsos non pauci summi nominis Viri, Cancellarij, Regum, Electorum, Ducumq; Consiliarij, Professores, Rerumpublicarum Consules, & Syndici, qui omnes ipsum aut patrem, avum, proavumq; aut focerum, focerum magnum, vel profocerum laudent, aut laudarent, *Avia materna* fuit *Margareta Wedigen* ex patritia *Wedigiorum* sive, ut *Lindenbergius* in *Chronico* suo testatur, *Leonum familia*, *fæmina omnium matrona-*  
*lium*



lium virtutum decore conspicua. Hisce honoratissimis  
& Senatorijs ortus majoribus defunctus noster, à piens-  
tissimis suis parentibus, ad omnes virtutes, pietatem  
imprimis & candorem educatus, & Anno ætatis suæ  
15. jam defunctâ matre, in exteras oras, ductu &  
auspicio Viri Nobilis *Dieterici Hovy*, est ablegatus, ubi  
pie defunctus jam in illa ætate puerili, talem se gessit ut  
etiam ab Illustribus Viris, maxime vero à Dn. *Barone*  
*Trautsonio*, Imperatoris Rudolphi II. Consiliario pri-  
mario, plurimum amaretur, cui etiam per integrum &  
quod excedit septennium fidelem operam præstitit,  
ejusq; affectum ita sibi demeruit, ut si fors ejus tulif-  
set, ibidem larem figere, & patronos ibi munificentissi-  
mos & benefactores rebus suis faventissimos, utrumq;  
Baronem & Patrem & filium fuisset experturus. Sed in  
Patriam Patriæ amor *πατριότης* nostrum retraxit, In  
quam reversus virginem, lectissimam omnibusq; vir-  
ginalibus virtutibus decoratam, *Annam Mecklenburgs*  
Viri Nobilis Dn. *Balthasaris Mecklenburgs* Capitanei  
primum Dragunensis, post Ribnizensis meritissimi, &  
Matronæ honoratissimæ *Anna vom Hagen filiam*, An-  
no 1593. mense Septembri, matrimonio sibi copulavit.  
In quo conjugio totos 34. annos pacificè & tranquille  
adeo vixit, ut vix totidem utriq; visæ fuerint septima-  
næ. Nec pacificum saltem, sed & prolificum hoc con-  
jugium fuit, Natis ex eodem, filia & filio, Quorum illa  
*Anna*, Viro Consultissimo Dn. D. *Henrico Heimio* Regij  
Svecici Judicij Provincialis quod Derpatie est, Adflesio-  
ri, ibidemq; Professori dignissimo nupta, septies pie  
defuncto nostro avi honorem & nomen detulit. Hic



vero Vir Præstantissimus & Literatissimus nostriq; ordinis faventissimus *Stephanus*, ex conjugē lectissima *Margareta Kochia*, eundem unius suavissimi & lepidissimi filioli, pie defuncto cognominis, avum fecit, Qui unum senis avi, delictum & voluptas, cui avitum suum amorem ipso suo fatali die domo egrediens, benedictionis osculo est contestatus. Anno 1616. Die Matthiæ in Senatum lectus, tanta industria, fidelitate & candore Republicam in partibus sibi demandatis, nullis ipse corruptelis obnoxius, administravit, ut vel invidia ipsa quod in eo carperet aut cavillaretur non habuerit, sed passim omnibus suis Dominis Collegis summum sui desiderium, & posteritati integritatis & candoris reliquerit exemplum. Anno 1627. 27. Februarii Conjugē prædicta charissima, jam ad sexagesimum annum sensim defuncti nostri ætate inclinante orbarus, facile est cogitare, quantum luctus & doloris ex obitu illo perceperit. Quo tamen in luctu ita eum solatus est Deus, ut Matronam virtuosissimam, & omnibus animi dotibus illum sexum decorantibus ornatam, anteriori piæ defunctæ conjugi per omnia parem *Margaritam Hagemeisters* / Viri Honoratissimi Dn. *Simonis Pauli* Illustrissimorum Ducum Megapolitanorum per integros 33. annos Secretarij intimi relictam viduam, Dn. *Georgij Hagemeisters* / Illustrissimi ac Celsissimi Principis ac Dn. Dn. *Udalrici* Ducis Megapolitani, Itidem Secretarij Cameralis, fidelissimi, & Matronæ honestissimæ *Regina Krügers* filiam, eidem secundo rursus matrimonio Anno 1628. sociaret, & eo ipso omnia prio-



prioris luctus damna sic compensaret, ut non anteriorem amisisset, aut secundam matrimonio sibi rursus junxisse, sed eandem omnino recepisse & marito & liberis videretur. Quod ipsum matrimonium quamquam per se sterile, occasionem tamen præbuit, ut & illam molestiam, quam fato ita urgente, & Deo vocante, ex habitu generi sui dilectissimi Dn. Doctoris Henrici Heinij perceperat, restituto in ejusdem generi locum Alberto Heinio Juniore, J. U. D. Historiarum Professore publico eximio, levaretur, quem ut ipse paterno affectu profecutus, Ita ab eodem omni filialis observantiae cultu iterum est honoratus. Quatuor in hoc conjugio annos vixit, pari quidem & tranquillitate pace & amore conjugali, sed longe dispare & diversa conditione, omni Martis rabie in hos posterioris conjugij annos se effundente, quo factum ut gemebundus sæpe, sæpe suspirans, & vix aliter ex curia domum rediret, præsentium pertæsus, futura timens, ubi tamen prudenti sæpe usâ conjunx schemate, tristis & ipsa, lætum finxit vultum, & conjugalibus alloquijs aut facete curas dispulit, aut dolorem ejus ex calamitate publica conceptum consolationibus mitigavit. Sed sunt hæc medicamenta, cheu momentanea non ipsam morbi causam, non fontem mali tollunt. Ideoq; contra vim mali majorem nil quicquam ultra possunt, quam ut aliquantulum saltem differant & protelent. Itaq; cum Die Georgij fufis primum more suo precibus ad Deum ardentissimis, sanus & incolumis; uti quidem apparebat, domo ad vocationis suæ officia & munia prodijisset, paulo post




post undecimam reversus, repente in syncopen vehe-  
mentissimam incidens, intra horæ spacium, inter am-  
plexus conjugis & filij, inter astantis Confessionarij  
acclamationes & preces, (singulari enim Dei beneficio  
integer ægro adhuc auditus & mens erat) animam  
suam creatori & servatori reddidit. Viri hujus Exuvie  
hodie ad mediam primam pomeridianam in templo  
S. Jacobo sacro terræ matri reddentur. Quas ut fre-  
quenter, eo deferendas comitemini à vobis Acade-  
miæ Cives quanto possum contendo opere. Quo ipso  
vestrum in defunctum amorem, & erga Dobbiniorum  
Heiniorumq; familias *συμπαιθεας* contestabimini: suam  
quisq; inter eundem mortalitatem meditabitur & cali-  
dis precibus provinciam hanc, Civitatem & Academi-  
am Deo commendabit. P. P. Rostochij 17. Martij  
Anno 1632.






















prioris luctus damna sic compe-  
rem amifisse, aut secundam ma-  
junxiffe, sed eandem omnino r-  
beris videretur. Quod ipsum  
quam per se sterile, occasionem  
lâ molestiâ, quam fato ita urgen-  
abitu generi sui dilectissimi Dn.  
nij perceperat, restituto in ejus  
berto Heinio Juniore, J.U.D. H-  
publico eximio, levaretur, quem  
profecutus, Ita ab eodem omni f-  
tu iterum est honoratus. Quatu-  
nos vixit, pari quidem & tranqu-  
conjugali, sed longe dispare &  
omni Martis rabie in hos posteri-  
effundente, quo factum ut ger-  
fufpirans, & vix aliter ex curia  
sentium pertæsus, fatura timens  
sæpe usa conjunx schemate, trist-  
vultum, & conjugalibus alloqu-  
spulit, aut dolorem ejus excalar-  
ptum consolationibus mitigavit.  
menta, cheu momentanea non  
non fontem mali tollunt. Ideo q-  
jorem nil quicquam ultra possun-  
lum saltem differant & protelent  
gij fufis primum more suo precib-  
simis, sanus & incolumis; uti q-  
mo ad vocationis suæ officia & m-

on anterio-  
sibi rursus  
narito & li-  
nium quan-  
uit, ut & il-  
rocante, ex  
enrici Hei-  
locum Al-  
Professore  
rno affectu  
vantia cul-  
njugio an-  
e & amore  
ditione, o-  
gij annos se  
æpe, sæpe  
diret, præ-  
n prudenti  
tum finxit  
e curas di-  
ica conce-  
ec medica-  
bi causam,  
a mali ma-  
aliquantu-  
Die Geor-  
ardentif-  
rebat, do-  
fset, paulo  
post

